

ACTA GENERALIS VIII. SYNODI.

Mar. Inter patrem & filiū, P. amp. quatenus ex patre filius habet esse, ac ad ip̄m immedia-
te refertur, naturalis est ordo. Quæ quidē sola causa est, cur sanctus sp̄s necessario ter-
tius numeretur: ob idq; magnus Basilius de patre filioq; loquendo, verbo adaptatur,
vel, disponitur, nequaquā vitur, neq; filium patri adaptari, vel post ipsum disponi dicit.
Verū ip̄m secundum eē a patre, q; ab ipso esse habeat: sanctū autē spiritum filio dicit ada-
ptari, hoc est, post ip̄m (vt dictum est supra) disponi: quod quidem ideo euenit, vt san-
ctus sp̄s tertius collocetur, q; filius necessario præcognoscitur, qm̄ ad patrem imme-
diatē refertur. Quod si magnus Basilius credidisset, eundē ordinē inter filiū, ac sanctum
sp̄m eē, quē inter patrem & filiū eē nouerat, ita vt si ea rōne ip̄m secundū a filio, qua si-
lium secundū a patre percepisset, nequaquā profecto Eunomius insequutus fuisset, neq;
ip̄m dixisset sanctoꝝ doctrinā falso citasse, cū diceret sanctum sp̄m ordine, ac dignitate
tertiū esse. Ex quo quidē patet, ip̄m Basiliū non suscipere sanctū sp̄m dignitate secun-
dum a filio eē, verū illud ex hypothesi disputationisq; gratia (vt supra dictū est) dare.

Iohan. In ambiguo versamur, P. amp. propterea diffinitionibus vti debemus. Nā inter filiū
sanctūq; spiritū ordo naturæ dicitur eē, ac illud verbū, disponitur, ordinē naturæ signi-
ficat. Idcirco nos diligētē debemus dispicere, quonā pacto ordinem ip̄m naturæ per-
cipiamus: qñ quidē ex vestro libro probauimus, sanctū sp̄m eundē ordinē ad filiū habe-
re, quo quidē filius a patre disponit. Sed vt nos serenissimus Imperator melius intelli-
gat, hāc rem altius repetā. Nā oēs theologi philosophos imitates, diffinitionibus in ea-
rum propria significatione vtuntur. Quod si qua ambiguitas esset in eis, ois ipsoꝝ do-
ctoꝝ scientia rueret. Propterea vester Aristoteles (quē equidē inuitus testor) in. v. Me-
taphysicæ lib. in capitulo de natura, quot nā modis natura possit intelligi, demonstrās,
natura vero (inquit) dicitur vno quidē modo nascentiū generatio, altero vero ex q̄ ge-
neratur primo quod nascitur, q̄ quidē secundus modus ordinē generationis significat,
vt ea q̄ generatur ab ipsa substantia fiant: quo sane generatiōis significato, Basilius, Atha-
nadius, Augustinus, ac oēs alij doctores, tā Græci q̄ Latini fuerūt vsi, tenentes genera-
tionis ordinē vnus p̄sonæ ab alia, ordinē esse naturæ: ita vt neq; Basilius neq; cæteri do-
ctores in ambiguo fuerint versati, credentes processionis ordinē nil aliud esse, q̄ vnus
p̄sonæ ab alia processionē, quemadmodū Aristoteles naturā altero modo (vt supra di-
ctū est) diffiniuit. Si quidē igitur ordo naturæ sancti sp̄s ad filiū est, necesse est, vt san-
ctus sp̄s a filio eē habeat, id quod Basilius sensisse videtur, qua quidem in re, tota nostra
controuerfia est. Anteaq; de tali ordine, R. P. agamus, illa Basiliū sententia nobis dili-
gentissime cōsideranda est. Dic ergo mihi, credis ne magnū Basiliū huius fuisse sen-
tentix, sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse nec ne?

Iohā. Mar. Ita prorsus, quemadmodum filius secundus a patre dicitur. At idem etiam Euno-
Iohan. mus assererat. Cum hanc sententiam Eunomius, R. P. ex sacra pagina suscepisset, ex
ea concludere volebat, sanctum spiritum natura quoq; tertium esse. Non igitur Euno-
mium magnus Basilius reprehendebat, q; illius esset sententiæ, cum dubio procul in ea
conuenirent: verū q; ex ipsa volebat inferre, sanctum spiritum natura quoq; tertium eē:
Mar. id quod (vt dicit Basilius) nequaquam inde consequitur. Veritatem igitur Eunomi-
Iohan. us assererat, sanctum spiritū ordine dignitateq; tertium esse? Cur non?

Mar. Si quidem igitur ea in re cum Basilio sentiebat, quæ nam eius sententia fuerit, accura-
Iohan. te dispiciamus. Nonne in vestro prædicto libro scriptum est ita? Eunomius sanctorum
simulat conseruare doctrinam, & tacet eos, qui ipsam tradiderant.
Simulat (inquit) sanctoꝝ seruare doctrinam, qui quidem (vt dicit Basilius) credebāt
sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse. Ex quo Eunomius inferebat, eun-
dem spiritum natura quoq; tertium eē. A sanctis enim (ait) didicisse ordine ac dignitate
tertiū eē spiritum, a se autem ipso credidisse natura quoq; tertium esse.

Mar. Non ita, P. R. Basilius dicit, sed Eunomius simulat sanctorum doctrinam seruare, q;
sanctum spiritum ordine ac dignitate tertium esse dicebant. Qui vero illi sancti sint, &
quibus sermonibus doctrinam fecerint, non potest dicere.

Iohan. Illud verbū, simulat, R. P. ad Eunomij conclusionem refertur, quam ex sanctoꝝ do-
ctrina dissimulabat inferre: Nam sancti dicentes, sanctum spiritum ordine ac dignitate
tertiū eē, nequaquā credebant ip̄m quoq; tertij eē, quod tamē ex ipsoꝝ positione Euno-
mius simulabat inferri posse. Quæ quidem Eunomij verba, qm̄ clara sunt, idcirco nulla
indigent